



¶ Vos omnes qui transitis per Viam attendite  
Qui Ut Umbra preteritis: oculos hic figite:  
Humane mortalitatis intuentes speculum  
Ut quid estis cognoscatis et quid presens seculum  
In hoc enim quid humana: patenter ostenditur  
Vita sit. et res mundana: que tantum diligitur  
Ecce: quicquid in presenti seculo conspicitis  
Lito transit: instar Venti: nil durare cernitis  
Nam Ut fenum eparescit: carnalis Viriditas  
Et Ut fumus euanesat: mundana iocunditas  
Transit honor mundialis: transit et potentia  
Pulchritudo corporalis: mundi qz prudentia  
Mortem ergo cogitate: fugam transeuncium  
Nec in mundi Vanitate: queratis solacium

Si mortem attenderitis: huiusq; miseriam  
Dite. iam inuenietis doloris materiam  
Vita multis est respersa amaritudinibus:  
Et mors tandem vniuersa tollit cum hominibus  
Quicquid producit in esse natura mirabilis:  
Tot consumat est necesse mors insatiabilis  
Nā per pomū quod gustauit primus parēs detitū  
Mors in mundum subintravit sue legi subiectum.  
Vnde per culpam deiecta est humana dignitas  
Mortis legibus subiecta: totaq; posteritas  
Quis tam prudens: quis tam fortis stetit legitur  
qui gustum amare mortis euasisse creditur.  
Sansō mortitur robustus Salomon doctissimus  
Absalon forma venustus Dauidq; sanctissimus  
Ihūsus quoq; mortis dite priusq; substinuit  
Penam: ad tronum glorie redire non potuit  
Cum ergo sit certa mortis pena quam euadere  
Nequitis: in re terrena nolite spem ponere.  
qui spem ponit in mundanis: manifeste fatuus  
Comprobatur: nam inanis hinc transit et vacuus  
quod profecto rationis oculum habentibus  
Patet huius visionis formam intuentibus.

fuit quidam heremita dite commendabilis:  
Cui reuelatur ista visio mirabilis.  
Nocte quadā dum ingressus lectulum quiescere  
Vellet. sopore depressus: vidit renitescere  
quendam habitu regali virum potentissimum  
Alium quoq; legali iure peritissimum.  
Juxta quos miri decoris mulier apparuit:  
que gemmis et auro foris adornata nituit  
quos cum cerneret latenter in campo consistere:  
Et de Vanis se iactanter audiret extollere.  
Mox tres mortuos fetentes putrefactis carnibus  
Vermibus scaturientes deformes aspectibus  
Vidit nūmio stupore repletus emergere:  
Et ad viuos cum merore se statim conuertere.  
quorum: quilibet patebat Dnū de viuentibus  
quem dite redarguebat de Vanis sermonibus.  
Actor.

Igitur rex ornamenta inductus regalia  
Stabat mente tumultenta prorumpens in talia  
Non est potestas super terram que comparetur  
michi qui factus sum Ut nullum timeam.

Dana potentia

Quis stirpe tam generosus tam fortis potentia  
Tam diues tam gloriosus status excellencia  
qui michi possit equari. Vel me sit sublimior  
Presertim qui sine pari cunctos supergradior  
Michi inauruantur milites qz seruiunt  
Principes atqz prelati subiecti obediunt  
De honore prosequuntur Vniuersi populi  
Et parati assequuntur mea iussa singuli  
Quem volo statim exalto. quem volo preficio  
Ceteris atqz ex alto quem volo deicio  
Nec in mundo dominatur tantus qui apponere  
Se michi non deatur. Vel me iam offendere  
Aurum gemmas et cunctorum habens affluendam  
Temporalium bonorum nullam indigenam  
Patior. nullaqz cura mea mens deprimatur.  
Nec extrinseca pressura caro mea teritur  
Corporis in sopistate perseuero iugiter  
Et pacis securitate gaudeo similiter  
Deniqz boni nullius egens nichilominus  
Imperator eximius ego sum. et dominus.

Actoꝝ

Regem hec incaute Verba loquentem agreditur  
Mortuus rex. atqz acerba Voce sic loquitur  
Hodie rex es. et cras morieris. quia omnis potentia  
tua Vita breuis                      Rex mortuus  
O stulte et insensate. rationis lumine  
carens. o intus epeate erroris caligine  
Quid te iactas de labentis potestate seculi  
Cuius carnem morientis comedent Vermiculi:  
Nosce miser qz mortalis es. et corruptibilis.  
Michi futurus equalis fetens et horribilis.  
Rex inuictus fui dictus. potens et ditissimus  
Sed ecce iam sum relictus sub terra nudissimus  
quid preterita dulcedo: quid laus: quid imperium  
Michi prodest: qui putredo sum et esca Vermium

Respic  
Mente  
Nil hic  
Sed fat  
Est de  
Aurum  
Lito et  
Et pro  
Lulpis  
De celest

Itaqz se  
fatur in  
Magru  
qui sunt

Merito  
Quis i  
De cert  
Et pro  
Regum  
Eorum  
Per me  
Promou  
Illum f  
Hunc he  
Sic et il  
Isum s  
Deitat  
Lallidi  
Sao m  
Nonon  
Reum  
Et du  
Preter  
Et tr  
Ad he  
Et leg  
De glo  
huius

Respice cuncta mundana quomodo pertransseunt  
Mente qualiter insana his nimirum peceunt.  
Nil hic Verum nil mansurū nil firmū nil stabile  
Sed falsum atqz nociuū caducum et labile  
Est delectamentū mundi laus honor et gloria  
Aurum simul et argentum cuncta transitoria  
Cito ergo respice depone stulticiam  
Et protinus ingemisce deprecando Veniam  
Lulpis: nec in his terrenis confidas diuitiis  
Ne celestibus amenis careas deliciis.

Acto:

Itaqz legisperitus inflatus superbia  
Fatur mollibus destitus hec et his similia  
Magnus effectus sum et preedo sapientia oēs  
qui sunt et qui ante me fuerunt.

Vana prudentia.

Merito possum letari: cui in prudentia  
Quis non valet comparari: nec in eloquentia.  
Ne certatim venerantur diuites cū pauperibus  
Et pro suis deprecantur causis am muneribus  
Regum quippe commensalis et consiliarius  
Eorum: collateralis sum et necessarius.  
Per me regunt et disponūt decernūt et iudicant  
Promouent atqz deponūt ditant et magnificant  
Illum facio priuari suo beneficio:  
Hunc honesto deputari procurans officio  
Sic et illum iudicari teum in iudicio  
Istum vero liberari mortis a supplicio.  
Veritatem impugnare noui et subuertere:  
Lalidos illaqueare et astutos decipere.  
Scio mecum disputantes protinus conuertere:  
Non michi aduersantes penitus confundere  
Reum atqz criminofum scioqz defendere:  
Et dum dolo virtuosum peruersum ostendere:  
Prieter ista sum expertus in omni scientia  
Et transcendere repectus cunctos sapientia.  
Ad hec: mortuus secundus respondebat acriter  
Et legistam gemebundus increpabat taliter.  
Ne gloriaris in sapientia. qua sapientia mundi  
Huius: stulticia est apud deum.

Sapiens mortuus

Dic Destructor Veritatis. fraudis et malicie  
Adiuventor. equitatis hostis. et iusticie  
Cur cor tuum eleuatur de tua prudencia  
que nil ex se comprobatur q̄ pura dementia  
Jam stultiloquam compesce linguam et considera  
quam Vanum sit tuum esse in hac Vita misera  
Nunc potitur sanitate prouectus honoribus  
Tras cadauer feditate plenum et fetoribus  
Noli ergo te iactare. noliqz tumescere  
qui mortem nec defraudare ne Vales effugere  
Infelix animaduerte quid es et Unde Veneris  
Per me sciens q̄ certe Velut Umbra pretereris  
Prudens eram et astutus in lege doctissimus  
Sed nunc ceno inuolutus putreo Viliissimus  
Magnus quoddam et dilectus cum multis hoibus  
Jam per mortē sum effectus odiosus omnibus  
Contemplare diligenter q̄ difformis corpore  
Nunc sum qui tam eminenter sulci retro tempore  
Et tue corruptionis frequens meditacio  
Tibi sit conuersionis salubris occasio

Actor

femina nitens candore et ornatu vario  
Taliam tumescens ore profert temerario  
Non est similis mei super terrā in aspectu et  
pulchritudine et decoratu membrorum.

Dana pulchritudo

Non est pulchrior depicta mea q̄ effigies.  
Nec preclarius amicta mulieris species.  
Ne Videre delectatur regia sublimitas  
Esse mecum reputatur summaqz iocunditas  
forme quoqz venustate sum incomparabilis  
Et membrorum quantitate decenti laudabilis  
Sine ruga. sine sorde. non confecta macie  
fulgens veste. leta corde. floridagz facie  
Vultum meum intuentes admirantur oculi  
Principes atqz potētes me frequentant et populi  
Nam aspectu graciosa: Vultuqz amabilis  
Omnes certe Velut rosa precello mirabilis  
Quare merito letari ceteris plus debeo  
Que decore singulari omnibus presulgeo.

Et cum tante speciei sim: nullam inopiam  
Patio: mundane rei: omnis habens copiam.  
Reges enim inflammati amoris incendio  
Dei: semper sunt parati implere que cupio.  
Inde prorsus nil deesse michi posse video:  
Nil nocere nil obesse. quapropter sic gaudeo.

Actor:

Hec postquam Diua pretendit decore conspicua:  
Ipsam dire reprehendit appropinquans mortua  
fallax igitur est pulchritudo: que admodum  
floris decedens protinus emarcescit.

femina mortua

Cur inquit presumptuosa: cur tantum extolleris:  
Stulta quoque et ventosa imprudenter loqueris  
An nescis: quod pulchritudo facile dilabitur  
Quam tam leuis egritudo tollere dinoscitur.  
Terne mei iam figuram horrendi cadaveris:  
Et consimilem futuram te pro certo noueris  
Per me liquet quod membrorum nil prodest formositas:  
Et nil indumentorum valet presumptuositas.  
Quondam enim speciosa fui et ornatu fulgida.  
Jam sum Vermibus corrosa. et effecta fetida.  
Sic nimirum marcescet decor tui corporis:  
Atque caro computrescet: post pugillum temporis.  
Et si tu nunc pulchra foris appares: et candida  
Nigra pleneque fetoris tunc eris: et horrida.  
Nunc dilecta: tunc despecta cunctis ab hominibus.  
Luto iacebis proiecta: cibus data Vermibus.  
Hec in animo reuoluas hec semper recogita.  
Nam necesse est ut soluas tandem mortis debita  
Nulla namque fortitudo: nulla namque prudentia  
Liberat: aut pulchritudo mortis ab angustia.

Actor:

Mortem ergo timeatis: que nec arte fallitur:  
Nec muneribus oblati quibuscumque flectitur:  
Nec terrea potestate quandoque vincitur:  
Nec decoris Venustate ad parandum trahitur.  
Mortem autem metuentes declinate Diua:  
Mente semper recolentes Christi beneficia:  
Ut gehenne fugientes penam: eius gratia  
Celi possitis gaudentes intrare palatia.

finis Thoreca Machabii







